



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Septem Illvstrivm Virorum Poemata

Cesarini, Virginio

Antverpiae, 1662

Eminentissimo Principi Flavio S.R.E. Cardinali Chisio Balthasar Moretus.
Allocvtio Astroscopica.

urn:nbn:de:hbz:466:1-7990

EMINENTISSIMO
PRINCIPI
FLAVIO
S. R. E. CARDINALI
CHISIO
BALTHASAR MORETVS:



VID hoc esse dicemus,
Princeps Eminentissime,
quod cùm primi disci-
plinarum omnium patres
in cælestium orbium contem-
platione defixi, stellarum varietatem, &
magnitudinem, & vim obseruarent,
iisq̃ue mortalium commodo nomi-
na imponerent, nullum sidus Musæ-
rum choro assignauerint? Atqui
earum vna perpetuos cursus con-
uersionesq̃ue cælestes prima com-
perit, & descripsit, à quo nomen
* 2 sibi

sibi & fecit, & meruit: omnes Cæli
 filiæ, quibus id proinde debebatur
 iure natalium: omnes, si eo modo,
 quo sidera, sub aspectum caderent,
 spectaculum nobis præbituræ ipso,
 cui infixæ essent, cælo formosius.
 Cùm alta illa mundi conuexa per-
 curreret animo S. Augustinus, & re-
 censionem siderum, velut quidam mi-
 litarium ordinum inspector, inter-
 esset, nullumque inibi locum Mi-
 nerue datum animaduerteteret: *Quid,*
inquit, tantum mali castitas, aut quid
tantum boni voluptas commeruit, ut
inter astra, quæ cum Sole & Lunâ
circumeunt, Venus habeat stellam, &
Minerva non habeat? Non idem
 ego pro castissimis literarum præsi-
 diis contendam? non ego illis
 conflatum aliquod ex felicioribus
 stellis signum vindicem? cuius sci-
 licet

ASTROSCOPICA.

licet exortu iucunda cæli temperies,
 & secessus ad quietem amœnita-
 temque compositus, & bonus cor-
 porum habitus, & serenus ani-
 mus, & omnia quibus studia poëti-
 ca meliùs proueniunt, ad scriben-
 dum inuitent. Iam verò, vt de cete-
 ris monstris nihil dicam, quid cælo
 cum belluis? quas prisca nomencla-
 tores sideribus affixerunt, perinde
 quasi belluata tapetia cæli foribus
 prætereundis viderentur, quæ leuanda
 priùs essent, quàm ad interiora eius
 adyta perueniretur. Verùm non id
 iam ago, vt hanc impositorum no-
 minum rationem coarguam, aut ex-
 cusem, quam sacrarum literarum
 auctoritate receptam, & quodam-
 modò consecratam esse video, in
 quibus & Arcturum, & Oriona, &
 Hyadas, & Pleiadas legimus. Sæ-

*

3

culo

Cæli
 atur
 do,
 ent,
 pfo,
 ius.
 per-
 re-
 mi-
 ter-
 Mi-
 uid,
 quid
 , vt
 unâ
 , &
 dem
 ræsi-
 illis
 ibus
 sci-
 licet

A L L O C U T I O

culo potiùs nostro gratulor, quo
gentilitia tua stella, Princeps Emi-
nentissime, in supremo mundi car-
dine refulget, & montes, insideri so-
lita poëtis loca, suâ luce collustrat,
& benefico ac salutari aspectu di-
uinum aliquid elegantibus ingeniis
aspirat. Salue Chisium sidus, Ro-
mæ, quam ego vt distinctum sideri-
bus cælum intueor, decus, terrarum
voluptas, felicitas temporum, vigo-
ris, quo bonæ artes lætiùs efflore-
scunt, origo, secundissimum auspi-
cium æternitatem prospectantium
poëtarum. Tu, quod falsò de sideri-
bus Stoïci iactauerunt, diuinâ ani-
matum es mente, quæ sit par terra-
rum & religionum curis. Te litera-
torum ordo suspicit & obseruat.
Afflatu tuo incalescit poëtis mota
mens, nocturnæque lucubrationes
iucundæ

iuc
qu
stu
tis
mi
ma
pte
luc
exp
po
ca
la
dia
ign
vt
car
fin
vn
till
ch
rus

A S T R O S C O P I C A .

iucundæ fiunt ac faciles. In te, si quod de Cæsaris stellâ dixit Augustus, huc referre licet, in te Mæcenatis anima commigrauit. Cælum (ita mihi ab illo prospera eueniant omnia) cælum cum Platone fieri optem, vt pluribus oculis insatiabili lucis tuæ pulcritudine animum expleam. Theodosij Magni temporibus noua propè à Lucifero circa signiferum orbem conspecta stella curiosa hominum ingenia studiaque incendit. Nullus toto cælo ignis lucebat iucundior: Lucifero vt loco erat proximus, ita & micantibus radiis non admodum dissimilis: vnà solem præibat, eidem vnà succedebat: annuebat illi scintillationibus suis reliquis stellarum chorus: ingens deinde earum numerus ad illam sese aggregabat, eo ferè

*

4

more

ALLOCVTIO

more quo circa regem suum apes
glomerantur: mutuo denique con-
cussu ad aliquam hilaritatis speciem
ardoris euibrabant expressa semina,
quæ vnâ in flammam coalita no-
ctem aureo illo iubare serenabant.
Hic ego solem face adiuuero, si per-
gam, quod in omnium oculos in-
currit, in rem meam exponere. Mi-
hi quippe Theodosij religiosissimi
ac felicissimi Imperatoris, & Ale-
xandri V I I. Pontificis Optimi
Maximi beata tempora inter se
comparanti cælum videtur prospe-
ras vtriusque res stellarum indicio,
quarum altera in æthereis orbibus,
altera in supremo rerum humana-
rum culmine reluceret, declarare
voluisse, velut certâ plausibiliq̃ue
publicæ felicitatis notâ. Ille Sarma-
tas profligauit; hic, ne profligaren-
tur,

tur
G
tra
ty
m
vn
iar
nu
tri
gr
rit
ve
qu
m
pr
ge
pa
T

A S T R O S C O P I C A .

tur, effecit : ille ad Romana sacra
 Gothorum Regem ; hic Reginam
 traduxit : ille aduersus acerbissimos
 tyrannos instruxit exercitus ; hic
 misit instructos : ad illum Legati
 vndique pro pace missi ; ab hoc et-
 iam procurata : vterque pius , felix ,
 nulli Principum secundus , & quòd
 tristissimorum temporum finem ,
 gratissimæque lucis initium attule-
 rit, Lucifero comparandus. Quem
 verò proxima illa Lucifero stella,
 quem nisi te, Princeps Eminentissi-
 me , designet ? qui Pontificio folio
 proximus , non illustrissimi tantùm
 generis , sed etiam dignitatis propè
 pari luce perfunderis.

*Tu quoque supremo Patru de sidere
 sidus.*

Tuæ sunt fueruntque partes iisdem,
 * 5 quibus

1 Apollonius Florens pag. 10.

A L L O C U T I O

quibus ille , muneribus perfungi,
pestis,annonæque, & belli sæuitiam
extinguere, pacis consilia prouehere,
salutem omnium moderari.

At ² *tibi iam video magni famu-*
lantia mundi

Sidera,

quæ quasi stipato agmine ad te
confluunt, & honoris lætitiæque
explicandæ gratiâ ignes suos excu-
cutiunt ventilantque. Nunc autem
te singularibus de causis,

Sacrorum ³ *Cynosura certa uatum,*
te intuentur Illustrissimi Poëtæ,
quorum libellos hîc vides tui nomi-
nis plenos. A te vim vigoremque
ingenio suo addi senserunt, cùm tu
illis siue in Quirinali, siue in Alba-
no monte scribendi materiam da-
bas: iam verò etsi nihil causæ est,
quam-

² Idem pag. 13.

³ Ferdinandus Furstenbergius pag.153.

ASTROSCOPICA.

quamobrem publicum reformi-
 dent, non audent tamen, nisi beni-
 gno tuo contuitu recreati, famæ se-
 se ac posteritati committere. Quid
 enim? nautæ suas habeant, quas
 obseruent stellas; non itidem poëtæ
 suas? Nisi fortè maius sit ventis
 vela, quàm ingenio dare; Tyrre-
 num aut Ionium, quàm scribendi
 æquor ingredi; infesta cautibus lo-
 ca, quàm fastidiosa quorundam iu-
 dicia (nam quis hæc euadere hoc
 sæculo possit?) inoffenso cursu de-
 clinare. Emerfit nuper ex arcano
 nescio quo Parnassi specu, & in ipsâ
 imperij ac doctrinarum arce sese
 extulit literatorum quædam quasi
 factio, visa sibi iudicij & ingenij
 famam ex veterum scriptorum
 contemptu velle conficere. Itaque
 dictatoriâ sententiâ deiectus est de
 suo

suo principatu Virgilius : laudatus
 Caligula , qui illum vt nullius inge-
 nij minimæque doctrinæ ex omni-
 bus bibliothecis tantùm non amo-
 uit. Horatio Romanæ lyræ suauif-
 mo fidicini, & ad notandos homi-
 num mores factò honor huius no-
 minis ademtus. Audendum aie-
 bant aliquid supra protritòs illos &
 iam vetustate exoletos poëtas : illos
 iniucundum quiddam sonare at-
 que agreste : nihil in illis sublime,
 nihil viuudum & admirabile, humi-
 lia, ieiuna, communia & peruagata
 esse omnia, quibus paria inuenire
 & efferre quiuis ingenio probabili
 & studio non magno possit : nimis
 diu secundâ famâ atque approba-
 tione exceptos fuisse : παιδαγωγικῶς
 ad ludum aliquem, in quo pueri pri-
 mis poëseos elementis informentur,

ab-

ASTROSCOPICA.

ablegandos: excogitandum scriben-
 di genus nouum, acutum, subtile,
 translationibus vnde minimè putes
 accersitis crebrum atque magnifi-
 cum; quod nihil habeat cum priscâ
 illâ simplicitate commune; quod
 non nisi ab ingeniosissimis possit
 intelligi. Cui sectæ atque institutio-
 ni etsi primùm eruditissimus quisq;
 reclamauerit, ac deinde ipsos etiam
 auctores in poëtarum amplissimo se-
 natu Maronianæ maiestatis damna-
 tos iudicij sui poenituerit: adhuc
 tamen desiderat in fingendis versi-
 bus nescio quid arguta quorumdam
 sedulitas, dum paucis illis ac præci-
 puis, quos Augustea tulit ætas, acu-
 tiores subtilioresque videri volunt,
 & dum ad sublimia affectant viam,
 vestigia quibus huc eniti possent,
 non sequuntur, nedum adorant.

Nimirum

ALLOCVTIO

Nimirum pura & equabiliter fluens oratio, dilucida animi interpres, naturæ imago, ingenij vultus non magnam apud illos meretur inuentio- nis doctrinæque laudem. Non placet illis nitidus ac natiuus elegantis formæ color: consumendæ pigmen- tariorum arculæ: illinendæ fuco ge- næ: læuanda frons: calamistro in- urendi implicandi que crines: versicolors contortæ que vittæ, crepan- tes que bracteolæ ad aliquam luxus speciem ostentandæ. Vellem equi- dem Rex ille, cui eorum vnus inge- nij sui monumenta nondum edita supremis tabulis legauit, dum nunc à difficillimo bello vtcumque respi- rat, eadem è scriniis suis promeret, & vulgari iuberet. Nam, vt optimus literariæ disciplinæ magister Quin- tilianus, *Ne id quidem inuile*

etiam

ASTROSCOPICA.

*etiam corruptas aliquando & vitio-
sas orationes, quas tamen plerique
iudiciorum prauitate mirantur, legi
palam, ostendiq; in his quàm mul-
ta impropria, obscura, tumida, hu-
milia, effeminata sint, quæ non lau-
dantur modò à plerisq;, sed, quod pe-
ius est, propter hoc ipsum, quòd sunt
praua, laudantur. Quis inter hos
iudiciorum scopulos speret cur-
sum se posse tutò emetiri, nisi al-
tum tenenti felix stella præluceat?
Ego verò Musas has cultas & faci-
les, quæ tuis auspiciis, Princeps
Eminentissime, portu nunc exeunt,
securas esse iubeo.*

*Chisium & sidus reget omne certâ
Luce periculum.*

Ex aruspicum responsis, quæ P. Ser-
uilius, & Ateius Capito à Festo
Pom-

4 Augustinus Faustus pag. 64.

ALLOCVTIO ASTROSCOPICA.

Pompeio laudati prodiderunt, stellæ
imago in omen magnæ felicitatis
accepta olim fuit, eaque siue ad re-
ligionis, siue ad tutelarum per fugij
tesseram in locorum dedicatione ad
vestibulum appendi solita. Accipio
agnoscoque prosperi euentus ex
aruspicinæ disciplinâ petitum au-
spicium: adeoque, vt certo auguror,
libelli quibus stella tua præfigitur,
non tantum præsidio tuo tecti, sed
etiam sacrosancti habebuntur.

*Tuoq; s sidere actus inuidus liuor,
Et Zoilorum turba cedit, vt nubes
Fugit corusci pulsa solis aspectu,
Pontiq; seuiantis atra tempestas,
Simul refulsit alba stella Pollucis.*

§ Ferdinandus Furstenbergius pag. 173.

T Y P O -

L E



pè au
indeg
nequ
tiqui
stant
praci
Latin
non r
tioni
tuene
auori
rant.
bono
& ca
oper
enim
men
pleri
pror
fruct
pauc
grat